

## 392.

1227 [Jan.—Sept.].

*Hdschr.:* Kop. Perg. St. Crucis (Saec. XIII in.) Hauptstaatsarchiv Dresden fol. 11.  
*Gedr.:* Cod. dipl. Sax. reg. II. 4 S. 446 No. 397<sup>b</sup>.

- 5 *Landgraf Ludwig, in Vormundschaft des Markgrafen Heinrich, urkundet, daß Adela von Wildberg ein Allod von vier Hufen dem Kreuzkloster bei Meißen zugewendet hat, und daß in seiner Gegenwart durch genannte Personen ein Verzicht auf alle Ansprüche an dieses Gut verlautbart worden ist.*

## 393.

- 10 *Landgraf Ludwig entscheidet einen wegen eines Stück Waldes zwischen den Klöstern Reinhardsbrunn und Georgenthal entstandenen Streit. — Zeuge: Graf Heinrich Raspe. 1227 [Jan.—Sept.].*

*Hdschr.:* Or. Perg. Haus- und Staatsarchiv Gotha QPI. g. 44. Vom S., an weißen und rothen Seidenfäden, nur ein Wachsrest erhalten. Phot. H. St. A.  
*Gedr.:* Thuringia sacra 104.

- 15 :In nomine summe et individue trinitatis.: Ludewicus /divina providentia Thuringie lantgravius et Saxonie comes palatinus in perpetuum. Quia Reinhersbur|nensis ecclesia fundata est a progenitoribus nostris et per successiones temporum in facultatibus et honore cumulata, nos quoque non tantum possessionum, sed etiam |devotionis eorum heredes ad imitationem ipsorum eam non solum auementare, verum etiam, si in aliquo ab  
 20 ipsis neglectam intelleximus, pro communi salute |reformare decrevimus. Unde omnium tam presentium quam futurorum noticie significamus, quod nos conperta diutina dissensione duorum cenobiorum videlicet predicti Reinhersburnensis et Vallis beati Georgii pro quadam parte silve privilegia utriusque in presentia nostra et baronum optimatumque nostrorum recitari facientes hanc unanimem omnium sententiam accepimus, quod anti-  
 25 quioris ecclesie autentica, que est Reinhersburnin, preiudicarent de iure iuniori. Igitur ne non secundum iusticiam, sed pro gratia iudicasse videremur, predictae controversie discussionem doctorum clericorum et prudentum laicorum examini commisimus, ut auditis utriusque partis allegationibus ecclesiam, que obtinisset, auctoritate nostra in possessionem intronizarent. In qua discussione prior sententia confirmata est, ut antiquius privilegium  
 30 obtineret, quod et nos ratum tenentes per ministeriales nostros Hermannum de Baldestete, Hermannum de Lupince, Hertwicum de Hursilgowe et per forestarios nostros dictam silvam ecclesie Reinhersburnensi reddidimus, quoniam cum eadem silva et multo ampliori cenobium ipsum a fundatoribus dotatum et nos iniuste eam possidere advertimus. Pars autem, quam reddidimus, his terminis includitur: a platea, que est super Apichinrod per  
 35 viam, que dicitur winstraze, sursum tendentem ad plateam, que est super Langinberch tendens ad Ebirhardisbruckin et per sequestum ducit ad rivulum Scuirbach et ad Ladestat et Trokinlina et Drusin, usque ad Rotinstig. Ut autem prefati monasterii fratres denominatam silvam quiete possideant, huius nostre redditionis factum inviolabile